AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 119r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ablato · tunc autem illa nuntiauerat · quando uidit lapi
dem reuulsum a monumento · & postea facta sunt hec · de ui
sione angl'or atq; ipsius dn̄i quibus numero apparuerat muli
erib; semel ad monumentum · & iterū occurrens reuertentib⁹
a monumento · Hoc autē ante quam duob; illis in uia uisus
fuisset · quor erat unus cleophas · namq; cleophas loquens
cum domino quē nondum agnoscebat · non petrum dixit
isse ad monumentum · s; abierunt quidam ex nr̄is inquit
ad monumētū · & ita inuener̄ sicut mulieres dixer̄ · quod
& ipse recapitulando intelligitur dixisse · illud scilicet
quod p̄mo mulieres nuntiauerant petro & iohanni de
ablato corpore dn̄i · ac p hoc cum ipse lucas petrum dixerit
cucurrisse ad monumentum · & cleophan dixisse ipse re
tulerit quod quidam eor ierant ad monumentū · intel
ligitur attestari iohi · quod duo ierint ad monumētum ·
s; petrū solum p̄mo cōmemorauit · quia illi p̄mit⁹ maria
nuntiauerat · Item potest mouere quod petrum non in
trantem · s; procumbentē dicit idē lucas uidisse sola lin
teamina · & discessisse mirantem · cum iohannes dicat
se potius ita uidisse · hoc est discipulum illum quē dili
gebat ihc non intrasse in monumentum quo prior ue
nerat · s; cum se inclinass; uidisse posita linteamina · s; &
se ipsum postea dicit intrasse · Ita & petrus intelligend⁹
est p̄mo pcumbens uidisse quod lucas commemorat ·
iohannes tacet · post autem ingressus · s; ingressus tam̄
ante quam iohannes intraret · ut om̄s uerum dixisse
sine ulla repugnantia repperiantur · Ordo ergo rerum
qui ēē potuit quemadmodum excepto quod iam mulierib⁹
locutus erat etiam a trib⁹ discipulis uisus fuerit sc̄dm